ſaria id eſt aqua: molendinū: ortus piſtrinū: vel artes diuerſe intra monaſteriū exerceant: vt nō ſit neceſſitas monachis vagādi foras qz omnino nō expedit animab⁹ eorū. Hanc autē regulā volumus ſepius in cōgregatiōe legi: ne quis fratrū ſe de ignorantia excuſet.

Aduertant girouagi.

¶ Tracta. D. car. cxlj. de portario monaſterij vbi de rationibus propter quas ſepius legenda eſt regula.

D portā ⁊c̄. Poſtq̄z de abbatis ⁊ ꝑpoſiti ordinatiōe ſctūs pater Benedictus diſpoſuit Nūc ſubdit cōgruenter ordinationez hoſtiarij. Cuſtodia nempe pſonarū ac rerū monaſterij plurimū pēdet ex bona ordinatiōe cuſtodie monaſterij. In quo caplo tres ſunt principales partes. In prima agitur de ordinatione portarij. In ſecunda de ſitu monaſterij In tertia de frequēti lectione regule. Circa primā etiā tria facit. Primo enī ordinatur hoſtiarius. Ubi ſctūs pater deſcribit cōditiones ⁊ proprietates bonas quas hoſtiarius debet habere. Secūdo deſcribit locus habitatiōis ipſi⁹ hoſtiarij ibi: Qui portarius ⁊c̄. Tertio datur doctrina quo modo debeat recipere pulſātes ad hoſtiū ibi: ⁊ mox. ¶ Circa primuz dicit ſic (Ad portā monaſterij ponatur ſenex) ſcilicet morigeratus in quo nulla appareat leuitas puerilis. Hec eſt prima conditio portarij. Secūda eſt q̄ ſit (ſapiens) id eſt intelligens diſcretus (qui ſciat accipere reſponſum ⁊ reddere) Tertia eſt maturitas. Unde ſequit (Cuius maturitas eum non ſinat vagari) id eſt diſcurrere hinc inde ociando. ¶ Sequitur ſecundū ſcilicz de loco habitationis ſue (Qui portarius cellam debet habere iuxta portam vt venientes ſemper preſentem inueniant: a quo reſponſum accipiant) Plana ſunt omnia. ¶ Sequitur tertium de modo recipiendi aduenientes (Et mox vt aliquis pulſauerit aut pauper clamauerit) Diuites pulſare ſolent. Pauperes vero clamare vt ſuam inſinuent egeſtatem (Deo gratias reſpondeat aut Benedicat) Si perſona que pulſat eſt alicuius auctoritatis ſiue dignitatis eccleſiaſtice reſpōdeat Benedicat ſcilicet me paternitas veſtra: ſiue Bedicite pater. Si ṽo perſona ſit ſecularis aut etiā eccleſiaſtica que nō ſit alicui⁹ auctoritatis aut eſtimationis: ⁊ maxime ſi ſint pauperes reſpondeat: deo gratias: qz in ipſis ſpecialiter recipitur chriſtus. Sequitur (Et cum omni māſuetudine timoris dei reſponſuz reddat cum feruore charitatis) Debet enim portarius reſpondēdo loqui religioſe manſuete humiliter et cum charitate: ita vt aduenientes nō modo edificentur in eo ſed etiam optime extimare cogantur de tota congregatione monaſterij. Sequitur (Qui portarius ſi indiget ſolatio) id eſt adiutorio (iuniorem fratrem accipiat) ſcilicet in adiutorem ita vt ipſe portarius pro maturitate ſua ⁊ ſapientia maneat cum adueniente: vel ſi interim ſuperuenerit alius illi reſpondeat. Junior ṽo diſcurrat denuncians abbati vel eius locum tenenti aduentū hoſpituz vel ea que depoſcunt. ¶ Sequitur ſecunda pars principalis de abilitate loci querenda (Monaſterium autez ſi fieri poteſt ita debet conſtrui vt omnia neceſſaria: id eſt aqua molendinum ortus piſtrinuz vel artes diuerſe intra monaſteriū exerceant vt non ſit neceſſitas monachis vagandi foras quia omnino non expedit animab⁹ eorum) Quemadmodum enim piſcis extra aquam poſitus moritur: ſm̄ q̄ dicitur Iſaie primo: Computreſcent piſces ſine aqua: ſic monachus extra clauſtrum moram faciens facile corrumpitur. Unde abbas dicit: ſicut ſi piſces tardauerint ī ſicco moriuntur: ita monachi tardantes extra cellam aut cum viris ſecularibus immorantes: a quietis propoſito reſoluuntur. Oportet ergo ſicut piſcem in mari: ita et nos ad cellam recurrere ne forte foras tardantes obliuiſcamur interioris cuſtodie. Itē abbas iulus: Impforabilis manet a ſagitta inimici qui amat quietē: q aūt miſcet multitudini crebra ſuſcipit vulnera Quātū āt vagus diſcurſus extra clauſtrū dānoſus ⁊ piculoſus ſit monacho: ſuperi⁹

Totius capli diſtributio.

Quō vnicuiq̄ rñdeat hoſtiarius.

Modus loq̄le portarij.

Uagationē ⁊ ſeculariū cōuerſationē dānat.